



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

LXXIII. Declarantur pœnæ, quibus incurront non observantes statutum 64.
de obedientia Rectori præstanta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

dis Sanctus idem operam navasset, ejusque Costa cum parte carnis, ut asseritur, asservetur (quibus causis promotus san. mem. Innocentius Decimus eisdem Universitatis indulxit, ut inibi posset de eodem Sancto tunc Beatitatis tantum titulo insignito Officium recitari, ac Missam pariter celebrari) ut posthac Universitatis, ac Collegiorum eorumdem incola, tam seculares, quam Regulares tanti Co-alumni memoriam, quo solemnius celebrant, eo impensis imitentur, quotannis de eodem nuper inter Sanctos relato, eis Officium duplex secunda Classis cum Octava, reliquo autem Oppidi ejusdem Clero duplex majus sine Octava recitandi facultatem tribuendam censuit. Die 19. Julii 1659. facta autem de predictis Sanctissimo relatione, Sanctitas Sua annuit. Die 20. ejusdem mensis, eodemque anno 1659. I. Episcopus Sabinen. Cardinalis Sacchettus.

Absolvit
Oratores à
censuris.

Confirmat
prout in rub.

Decretum
irritans.

Dat. P. A. 5.
die 25. Aug.

LXXII.

Edita A. D.
1659.

Statutum.

§. 1. Cum autem sicut dilecti filii Rector, & Collegiales, & alii predicta Universitatis Studii generalis Complutensis nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi Apostolica confirmationis nostra robore communiri summoperè desiderent. Nos speciale eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenit. à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati si quibus quomodolibet innotata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequenter harum serie absolventes, & abolitos fore censentes supplicationibus eorum nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 2. Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmatus robur adjicimus, salva tamen semper in premissis auctoritate Congregationis predictorum Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari; sicque in premissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caifarum Palatii Apostolici Auditores judicari & definiti debere, ac irritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Augusti 1659. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Præcipitur omnibus de Universitate observare Statutum 64. de obedientia Rectori præstanda.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi Complutensis Toletan. Diœcesis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod inter alia ejusdem Universitatis Sedis Apost. immediate subjœcta Statuta dindum à bon. mem. Francisco dum vixit ejusdem S. R. E. Cardinale Ximenez nuncupato auctoritate fæc. rec. Alexander Papæ VI. prædecessoris nostri condita unum extaret sub cap. LXIV. incipiens.

§. 1. Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli Regentes, Cathedatici, & alii quicunque Lectores, Doctores, Magistri, Licenciati, Bachelarei, & Scholarès universi hi-jus Academia, & Universitatis, cuiuscumque qualitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præminentia existant, in omnibus, & singulis regimini, & gubernationi Rectoris nostri Collegii pro tempore eligendi perpetuo subjaceant, teneanturque omnibus, & singulis mandatis ipsius licitis, & honestis, ac

emptionibus non gaudent. Et in eadem expositione subuncto, quod sèpius nonnulli, qui predictis privilegiis uti prætendent nihilominus se in matricula describi non faciant, ne cogantur præstare juramentum Obedientie, ideoque supplicatio, ut capitul hoc Statutorum confirmaretur, & non observantes privilegiis predictis minime gaudere declareretur. Emanavit à predicta Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet, die 15. Maii 1658. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, Statutum Academia Complutensis in predictato Capitulo 64. de obedientia Rectoris præstandæ ab omnibus &c. confirmatum à Sede Apostolica esse observandum F. Cardinalis Paulutius Præfectus.

§. 2. Cum autem sicut predicti exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolica confirmationis nostræ robore communiti summoperè desiderent. Nos speciale ipso exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliquique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenit. à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati si quibus quomodolibet, & innotata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequenter harum serie absolventes, & absoltas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmatus robur adjicimus, salva semper in premissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari; sicque in premissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 25. Augusti 1659. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Declarantur poenit. quibus incurruunt non observantes statutum 64. de obedientia Rectori præstanda.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi Complutensis Toletana Diœcesis, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod inter alia ejusdem Universitatis Sedis Apost. immediate subjœcta Statuta dindum à bon. mem. Francisco dum vixit ejusdem S. R. E. Cardinale Ximenez nuncupato auctoritate fæc. rec. Alexander Papæ VI. prædecessoris nostri condita unum extaret sub cap. LXIV. incipiens.

§. 1. Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli Regentes, Cathedatici, & alii quicunque Lectores, Doctores, Magistri, Licenciati, Bachelarei, & Scholarès universi hi-jus Academia, & Universitatis, cuiuscumque qualitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præminentia existant, in omnibus, & singulis regimini, & gubernationi Rectoris nostri Collegii pro tempore eligendi perpetuo subjaceant, teneanturque omnibus, & singulis mandatis ipsius licitis, & honestis, ac

Confirmat
Decretum
prout in rub.

Decretum
irritans.

D. P. An. 5.
die 25. Aug.

LXXXIII.

Constitutionibus nostris non contrariis obedire.

§. 2. Et ad vocationem Rectoris prefati toties, quoties ab eo, vel ejus mandato vocati fuerint convenire: Statuta, & Constitutiones nostras in omnibus, & per omnia inviolabiliter observare: Honorem, utilitatem, & dignitatem ipsius Collegii semper, & ubicumque fuerint procurare: exemptionem, ac libertatem ejusdem tueri. Quæ omnia, & singula antequam scribantur in matricula Universitatis infra sex dies à die electionis Rectoris moderni computandos, si præsentes fuerint, vel infra alios sex dies postquam ad Universitatem venerint, teneantur sic jurare: Qui autem tale juramentum non præstiterint, nullatenus gandeant privilegiis, & prærogativis ipsius Universitatis, nec scribantur in Matricula, in qua scribi debeat nomina, & cognomina omnium & singularium personarum in eadem Universitate residentium, neque computantur, aut admittantur alicui cursus, quos peregerit antequam prædictum juramentum præstiterit &c.

§. 3. Et in eadem expositione subjunctione, quod cum ex Statuto hujusmodi juramentum de exhibenda obedientia prædicta præstandum sit, qui verò ilud non præstiterit, privilegiis, & prærogativis ipsius Universitatis nullatenus gaudere debet: dubitaretur an inter privilegia, & prærogativas hujusmodi comprehendenter stipendia debita ex gradibus conferendis, & actibus Universitatis, Cathedratisque moderandis &c. Et assimiliter vox activa, & passiva ad munia, & officia Academie obeunda inter prærogativas, & privilegia prædicta computaretur; Ideoq[ue] petita à prædictis Cardinalibus dubiorum hujusmodi declaratione, ut omnes in contrarium abusus de medio penitus tolleretur. Emanavit ab eorumdem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris sequentis videlicet.

§. 4. Die 26. Julii 1659. Sacra Congregatio Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum censuit, Propinas, & vocem activam, & passivam comprehendi inter prærogativas, & privilegia de quibus in antedicto Capitulo 64. Statutorum fit mentio, F. Cardinalis Paulinus Præfектus.

§. 5. Cum autem sicut prædicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicae confirmationis nostræ præsidio roborari summoperè desidererent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & peccatis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causalatis, si quibus quomodolibet innotata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequenter harum serie absolventes, & absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorium Cardinalium.

§. 6. Decernentes eisdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicut in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si fecus super his à quoquā quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Aug. 1659. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Confirmat
Decretum
præsumtum.

Decretum
irritans.

Dat. P. A. 5.
die 25. Aug.

Reformatio Collegii Cursorum Apostolicorum.

LXXIV.

Cursores Papæ debent diem futuræ Camerae Apostolice pridiè intimare. Pius IV. Conf. 87. §. 13. tom. 2. In quibus causis citare, ac intimare valent Julius III. Conf. 14. tom. 1.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An.D.
1659.

Motu proprio &c.

A Lijs fælic. recordat. Paulus Papa V. Prædecessor noster, ut Collegium Cursorum à maximis interusuris, quibus ferè singuli premebantur pro alienis pecunias, quas pro Emptione eorumdem officiorum perceperant liberaret 25. officia militia pia vendibili, & resignabilia ad instar aliorum Officiorum Militum Piorum sub certis tunc expressis conditionibus erexit, & instituit, & pretium, quod ex venditione, & integra expeditione dd. singulorum 25. Officiorum tunc erectorum in prima vice retraheretur penes personam fidei, & facultatibus idoneam per eosdem Cursores eligen, seu in Sacro Monte Pietatis, aut Banco Archihospitalis Sancti Spiritus ad electionem eorumdem Cursorum deponit mandavit æqualiter inter ipsos Cursores dividendum ad effectum tam satisfaciendi eorum Creditoribus, qui pecunias pro Officiis Cursoratus emendis contribuerant.

§. 1. Indemnitiati verò eorum, qui dicta Officia Militum Piorum sic emerant, & securitati propiscere volens mandavit, ut singulis mensibus ex certis ibidem eorumdem Cursorum massa assignatis redditibus ab eisdem Cursoribus ex Cursoratus Officii emolumentis, per solvendis, de quorum solutione eorum Magistro pro tempore existentia sub pena excommunicationis majoris latæ sententia ipso facto incurren. rationem reddere deberent, & tenerentur scu. 113. & bonon. lxxv. eisdem Militibus, five eorum Depositario, æqualiter inter ipsos dividendos per solvendis, gravissimis impositis penis, tam fraudulentibus dictam massam, quam deficienibus in prædicta solutione dictis Officialibus Militum Piorum, sicuti ex eisdem massa redditibus solvi mandavit fructus locorum Montium Pacis tunc dictorum, nec non alia eidem Collegio incumbentia, quibus integrè solutis, quicquid ex dicta massa supererat æqualiter inter eosdem Cursores dividi voluit, quibus etiam expressè inhibuit ne de cætero perpetuis futuris temporibus sub solutione cc. scutorum, & suspensionis ab exercitio Cursoratus officii per annum integrum pro prima, & solutione ccc. scutorum hujusmodi, ac suspensione ejusdem officii per duos annos pro secunda, nec non solutionis scutorum d. similius, pro una Camera Apostolica, vel aliqui loco Pio, arbitrio ejusdem Prædecessoris, & altera mediatis eidem Collegio Cursorum irremissibiliter applican. & perpetuae privationis exercitii officii Cursoratus, ac excommunicationis majoris latæ sententia pro tercia vicibus hujusmodi per quemlibet ex ipsis contravenient, incurriendis penis, aliquem appaltum Citationum, cum quibusvis personis facere, vel inire, nec per interpositam personam etiam quovis prætextu, ingenio, quæsto colore, vel causa, & occasione aliquos libros, inscriptions, notulas, & ut vulgo dicitur ricordi, tam parvos quam minimos, vel etiam quæcumque computa etiam minima, cum quibus personis confidere auderent, seu præsumerent, sed bononenos ex dictis Citationibus, & expeditionibus provenien. in unum pro dicta massa conficien. convergere ad effectum solvendi, ut supra tenerentur; super qua massa, & illius augmento, tunc assig-

Refert Litteras
Pauli V.

nato